



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 88. Optimatum comitia ad Bellaqueum fontem celebrata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

mici, pluresque quam octingenti Equi- **Sæc. XVI.**
tes in ejus comitatu numerabantur, **A.C. 1560.**
ut is potentiam, viresque suas, quam-
vis regio favore dejectus esset, Guisia-
nis Principibus æmulis suis ostentaret.
Insuper datis ad Navarræ Regem literis
eundem quoque huic conventui interef-
ferrogabat, ut Guisiorum molimina ever-
teret, suaque præsentia Nobilium ani-
mos confirmaret: cum vero Rex ani-
mum a dissidiis alienum foveret, quie-
tisque studiosissimus esset, seque forte
captum abduci pertimesceret, hinc su-
am absentiam æque, ac Condæus Prin-
ceps idem quoque fatum veritus excu-
sabat. Ceterum Momorantius Conne-
stabilis exiguo prorsus honore excipie-
batur; quippe pauci admodum eidem
obviam processerant, & ferme nulla
dignitatis suæ ratio habebatur: interim
vero Provinciarum Præfectis injunctum,
ut Regni delectus cogerent, qui tempo-
re, ac loco, quo juberentur, præsto
essent.

§. LXXXVIII.

Optimum comitia ad Bellaqueum- Fontem celebrata.

Die igitur vigesima prima Augusti Fon- **Popel. l. 6.**
tis - Bellaquensibus comitiis præsti- **p. 192.**
tuta hora pomeridiana Rex ad Reginæ **Belcar. l. 28.**
n. 62. Matris cubiculum pervenit, ac eadem

C c 4 una-

Sæcul. XVI
A.C. 1560.

unacum altera Regina Regis uxore, & e-
jusdem fratribus convenerat, ubi penes
istos confidebant suo ordine Borbonius,
Lotharingius, & Guisianus Cardinales,
postea Guisius, & Aumalius Duces,
Momorantius Connestabilis, Hospita-
lius Cancellarius, Colinius, Santau-
dreanus, & Brissacus equitum tribuni,
præter Andream Guillarium Mortarium,
Joannem Morvillerum Episcopum Au-
relianensem, Carolum Marillacum Vi-
ennensem Archiepiscopum, & Joannem
Monlucium Valentiæ Præfulem, post
hos extra ordinem in imis subselliis se-
debant torquati Equites. Congregatis
omnibus Rex, qua de cauffa eos advo-
caverit, brevi oratione aperit, horta-
turque, ut ea, quæ e re publica esse
videntur, libere citra odium & affectum
ullum edifferent, cetera de Hospitalio
Cancellario suo, de Guisio Duce, ac
Cardinale Lotharingio avunculis suis
audituri. In eandem ferme sententiam
Catharina Regis Mater verba fecit, a-
stantes rogans, ut prudentissimis consi-
liis suis Regi Filio suo sceptrum serva-
rent, simulque populi utilitati, si fieri
posset, & nobilitati ab officiis alienatæ
prospicerent. Tum Hospitalius longa
medici, & ægroti morbo laborantis,
cujus cauffa ignoratur, comparatione,
& exemplo usus, multa de afflictis Re-
gni

gni opibus, de nobilitate, Magistrati- Sæcul.XVI.
A.C. 1560.
bus, corruptisque omnium Ordinum
moribus præfatur; ad hæc infensos er-
ga Regem, ac præcipuos Regis Mini-
stros subditorum animos esse ait, sed
caussam latere, ideoque difficiliorem
esse remedii adhibendi rationem edice-
bat. Absoluto Cancellarii sermone Gui-
sius Dux rei militaris, Cardinalis Lo-
tharingus ejus frater ærarii sibi com-
missi, publicæque administrationis, cui
ambo præpositi erant, studiose rationem
reddebat: additum vero a Cardinale,
quod onera Regni, vices quinques cen-
tenis millibus librarum regia vectigalia
excederent. Ceterum nihil ultra eo die
actum, in perendinum dilato confessu.

§. LXXXIX.

*Libellus supplex a Colinio Architalasso
in comitiis porreßtus ad obtainen-
dam sedæ libertatem.*

Postmodum in Sessione secunda, cum *Thuan.* l. 25.
Beza l. 3. p.
Joannes Montlucus Valentinus E-
piscopus sententiam suam edicere para- ^{284.} *Davila hist.*
ret, e sede sua surrexit Colinius Fran- *des guerr. ci-*
cicæ classis Præfectus, genuque bis per- *vit. l. 2. p. 57.*
demisse flexo ad Regem accedens nomi- *Betcar. n 63.*
ne Calvinistarum, qui in Normandica *Pallav. l. 14.*
eius præfectura erant, libellum suppli- *c. 16. n. 2.*
cem porrigebat, atque in eo ad quæ- *& 3.*
C c 5 stio-